



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De
Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis
Detractionibus

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Dsic. XIII. Reatina. Aditio hæreditatis maternæ per filium, an & quando
inducta dicatur per retentionem dotium maternarum penes patrem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74043](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74043)

DISCURSUS XIII.

25

17 tio in integrum, nisi repositiō in statu pristinum, ita ut ex legi fictione actus gestus de tempore minoris aetatis habeatur pro non facto ex deducitis per Odd. de refit. in integr. par. I. quest. I. art. 4. num. 32. Quare admissa annihilatione omnium gestorum de tempore minoris aetatis, dum postea factus maior, & actus hereditarios gesserat, ita ianis dicta restitutio remanebat ob additionem ex istis novis actibus resultantibus. ad notata in l. gerit ff. de acquir. hereditate cum concord. per Menoch. dicto lib. 4. cap. 99. cum sequent. Greg. & Adden. decis. 7. & 98. decis. 48. par. 9. rec. cum aliis dicto disc. preced.

Non negabantur hac per Sribentes pro Sorbelono in integrum restitutioem petente, sed totum fundamentum per eos constituebatur in dispositione textus in l. 3. §. si quis cum minore, vers. scio etiam, ff. de minor. ubi deciditur, quod si minor, qui se paterna hereditati immiscuerat, factus maior, aliquid ab hereditariis debitoribus exegerit, ad hunc inspicio initio, restitutioem beneficium obtinere debeat.

Super hujus textus intellectu, cum contrarium videatur dispositum in ejusdem §. initio Excitata per Accurs. difficultate, illam solvit ex sola ratione necessitatibus, quasi quod sequuntur immixtione, actum necessarium fecerit, exigendo nomina hereditaria, quae ex debito officii hereditarii exigere tenetur, fecis autem si auctus non sit necessarium consequitivus, sed omnino voluntarius, ad quem facienda lex non cogebat; Atque Accurs. intellectum laudant Azzo in summa Cod. & tit. si major factus sum, ubi cumdem Accursum osaureum appellat Odd. de refit. in integr. quest. 25. art. 6. num. 6. Merenda lib. 10. controv. cap. 19. num. 9. Faber. irrational. ad eum d. text. in d. 4. 3. §. si quis cum minore, vers. scio etiam, bene Merlin. lib. 2. controv. cap. 53. ex num. 11. in fine. ubi ingeniosè dictum texturn, ejusque rationem expendit, atque Oddi traditionem loco citato in specie referit & laudat Barbo. super Cod. in l. 1. Cod. si major factus num. 10. & II.

Hinc proinde inferbam, quod cum actus, de quo gescatur, non esset necessarius, sed merè voluntarius, cum nomina debitorum exacta non essent ab ipsis debitoribus offerentibus solutionem, quæ per creditorem recusari non potest, sed per viam translativæ cessionis, consequenter cessabat ratio dicti textus, in qua unicè ejus dispositio fundatur; Et clariss, quia in hac facti specie, ac respectu praedictorum de Asti, nec quidem excogitabilis aderat suspicio illius dolii, seu fraudis, in qua etiam dictus texturn fundari videtur, rationelacionis exinde resultantis, ut singulariter advertit Merlin. dicta controv. 53. in fine.

Venit reflectendo ad veritatem, de premissis dubitabam, quoniam data aditione, vel invalida, vel elidibili ob exceptionem, seu restitutioem in integrum, stante minori aetate ob nimis prejudicialem inventari omissionem, actus subsequentes, quamvis in aetate majori ut potè consequitivi, referendi veniunt ad dictum presuppositum minus verum, & elidibile, ac habere videntur speciem ratificationis, quæ juxta receptas propositiones non inducitur, nisi data explicita scientia nullitatis tam juris, quam facti, ut sibi p. sub tit. de alienat. & contractibus.

Licet enim alienatio bonorum hereditariorum, seu exteriorum, qui circa jus & nomen hereditis fieri non possunt, aditionem inducant, nihilominus id procedit, quando ex ipsis actibus deduci potest voluntas tunc adeundi; Id autem in præsentis videbatur dici non posse, dum hic heres a cum prædictum Card. de Luca P. II. de Hared.

non fecerat ex integro, quasi quod ita faciendo tunc animum declarasset adeundi, sed ut dictum est, id gestura fuit, dicto presupposito retento, quo celsante, corruunt actus consequitivi, & ex ejus fundamento gesti; Atque juxta hanc dubitationem pro concessione restitutiois in integrum judicatum fuit per Senatum Mediolani, ubi præsens controversia agebatur; Unde postmodum disputatum fuit de detractionibus, de quibus dicti actores opponebant adversus dictos Comites opponentes de avito fidicimissimo, ex iis, quæ in hac eadem causa habentur deducta dicto disc. 25. de detractionibus.

REATINA

P R O
PIZZICAI A,
C U M
E U S E B I A.

Casus disputatus coram A. C. incertus est
exitus.

Aditio hereditatis maternæ per filium, an & quando inducta dicatur per retentio- nem dotium maternarum penes patrem.

SUMMARIUM.

- 1 D E quæstione, an per retentionem dotium inducatur aditio in filiis.
- 2 Datur quæstio facti decidenda cum distinctionibus.
- 3 Quando agitur de aditione prejudiciale, verior est negativa.
- 4 Quid ubi ad effectum transmissionis hereditas est lucrosa.
- 5 Aditio hereditatis utilis & lucrosa de facilis ad- mittenda.
- 6 Quid ubi de aditione ad effectum, ut jus queratur creditoribus adestans.
- 7 An debitor turba conscientia possit non adire bare- ditatem.
- 8 Ubi ultra dictam retentionem dotium factum à pare, concurrit aliquod factum ipsius filii, tunc facilius pro aditione.

DISC. XIII.

S APPIUS in diversis causis, & ad diversos effe-
ctus mihi contigit disputandus iste articulus, 1)
San scilicet per retentionem dotium uxoris de-
functæ per virum superstitem factam, inducta
diceretur aditio hereditatis in filiis ex dicta muliere
superstitibus, & legitimis ejus hereditibus juxta sen-
tentiam Baroli cors. 129. lib. 1. & in l. gerit num. 28. ff.
de acquir. hereditate. Atque dubitandi occasionem præ-
buerunt DD. contradictiones, seu distinctiones; 2)
An scilicet ageretur de filio infante, vel è converso
majore infante; Et an actus retentionis effet uni-
vocus, vel æquivocos, quod scilicet vir aliam non
haberet retinendi causam, nisi tanquam pater ac le-
gitimus administrator filii hereditis mulieris defun-
ctæ, vel è converso alium haberet retinendi titu-
lum ratione lucri totius dotis in usufructu sibi delat-
to, ut est in Urbe ex Statuto; Sive quod ab eadem
muliere relietus esset usufructuarius, cum similibus,

C

ex iis

De LUCA
De
stamentis
et catt.
GVI

ex iis, quæ latè ad materiam pro aditione excludenda colligit *Altograd.* conf. 81. lib. 1. apud quem habentur late collecti concordantes frustà transcribendi.

Occasione autem præsentis controversiæ disputatè coram A. C. inter illos de Pizzicais creditores Dominicani, agentes ad bona in eundem debitorem ex materna hæreditate obvenia, & ejusdem Dominicani jam defuncti sororem, prætendentem, quod ob non aditionem materna hæreditatis, ista sibi aliâs per Statutum exclusæ delata esset, proindeque nullum jus dictis creditoribus ad bona hæreditaria competeteret, quod etiam disputavi in causis, de quibus habetur *sub tit. de credito disc. 40.* & *disc. 136.* ¶

137. Reflectendo ad veritatem, advertebam, quod in iusmodi quæstione, quæ potius est facti & voluntatis quam juris, certa & determinata regula generalis admittenda non est, sed decisio pendat à lingulorum casum particularibus circumstantiis, procedendo tamen cum plurium casuum distinctione, cum qua conciliari videntur pugnantes auctoritates, eo modo quo ferè omnibus facere oportet. Primus casus est, ubi agitur de inducenda aditione materna hæreditatis, quæ debitis, vel oneribus involuta sit, adeòt filio, vel habenti causam ab eo, expedit sequitam non esse aditionem, quæodium, & gravamen importet, proindeque impugnetur; Et tunc, cùm actus, ex quo aditio resultat, debet esse omnino univocus, & qui citrè jus, at nomen heredis fieri non possit, recipienda venit opinio negativa, ut per retentionem dotium à viro superstitè factam, inducta non censeatur in filiis aditio materna hæreditatis, quamvis in viro nullus concurreret titulus retinendi hujusmodi doteum jure proprio; Tum quia id certi potest ad communem usum debitorum, qui non pulsati, neque adstrici, non de facili ultroneam debiti solutionem faciunt, sed in eo obdormiunt, dum potissimum modernis temporibus propter abusum adjiciendi jurementum in quocumque actu, in defutudinem abierunt, infamia, aliaq; pœna, quæ in debitore perjuro de temporibus *Bart.* & antiquiorum fortè in usu erant, unde de facili resultabat præsumptio retinendi debitum ex alio titulo legitimo, dum ex iis, quæ *sub eodem tit. de credito,* ac sub altero de *judiciis,* non semel habentur, ac liquet ex Rituibus *Magnæ Curia Vicariaæ, Neapolis ibidem deductis,* tunc adeo perjurus debitor, qui debito tempore non solvebat, puniebatur, quod amputationem manus dexteræ pati cogebatur.

Alterā etiam ratione ad favorem filii dictam aditionem impugnantis concurrente, quod cum se vivens sub paterna administratione, assimilandus veniat pupillo, vel minori, viventi sub administratione tutoris, vel Curatoris, hinc proinde à patria potestate solitus, atque sui juris effectus, recte impugnare potest imprudentem, ac damnosum actum à parte gestum, adeòt hæreditari fine beneficio inventari, quod culpæ latæ speciem hodie continere videtur, dum quilibet etiam parum diligens, id negligere non solet; Nisi postquam sui juris effectus est, atque hujusmodi actus male gesti recte conscientis, tales actus ratificatorios gesserit, quinovam aditionem ex integrō in ipsomet inducerent, quod raro ad proximam deducibile ex hodie recepta conclusione, quod pro ratificatione necessaria est certa scientia nullitatis actus facti, & juris; Unde propterea dicebam, quod plures auctoritates de isto casu loquentes male ad illum præsentis controversiæ, vel similiū deducebantur.

Alter est casus propriè disputatus per *Altograd.*

dict. conf. 81. quando de eadem aditione inducenda agatur, ad effectum transmissionis ejusdem maternahæreditatis in filii defuncti hæredes, præfert extraneos, contendentes de mero lucro, ac sapienti resistente æquitate, quia nempe ageretur cum magis conjuncta mulieris defunctæ, quibus eadem hæreditas, exclusa dicta aditione, ac respectivè transmissione, deferretur ex iis, quæ habentur *sub tit. de successionibus,* præfert in *Fanen. discurs. 15.* ubi de hac transmissionis materia; & tunc, quia transmissio videtur regulariter prohibita, atque juxta unam opinionem reputatur odiosa, idcirco stricte ad aditionem inducendam procedendum venit; Et nihilominus, ubi agatur de hæreditate non suspecta, sed potius utili, & lucro, unde de facili intret aditionis præsumptio, probabilior opinio esse videtur affirmativa pro aditione ex plenè deducenda per *Natt. conf. 74. num. 10.* & sequ. *Surd. decis. 140. num. 10. Magon. decis. Florent. 148. num. 11. Greg. decis. 421. num. 7. Cavaler.* (qui hanc dicit veriorem) *decis. 504. num. 6. Buratt. decis. 533. num. 6. cum sequen. decis. 217. num. 3. par. 5. recent. decis. 527. num. 4. par. 4. tom. 3. Interamnen. susfr. 18. Julij 1649. coram Cerro impess. par. 10. rec. decis. 329.* & post *Merlin. de legitima decis. 102.* & in aliis. Ex dicta ratione, quod utilis, ac lucrosa hæreditatis aditio facilimè inducitur, ac etiam levissimi actus sufficiunt *Bart. in l. gerit. num. 5. Mag. card. de probat. conclus. 40. num. 9. Thes. p. lib. 2. quest. forens. 51. z. 5.* Quinimò in actibus mercatoribilibus & lucrativis sola scientia absque alia probatione acceptationis sufficere videtur ex deductis *dec. 189. n. 15. post Zacc. de oblig.* & in aliis frequenter, de quibus *sub tit. de donat.*

Tertius demum est casus controversus, ubi scilicet, defuncto eo, in quo aditio controvertitur, contentio sit inter ejus creditores foventes causam onerosam, & eum, cui aliâ dictâ hæreditas ob proximiorum non agitacione delata esset, contendenter de mero lucro; Et tunc, ubi præsertim agitur de hæreditate lucro, vel saltim non suspecta, omnino recipienda videtur pro regula opinio *Bart.* ut scilicet per hujusmodi retentionem à parte factam, censeatur inducta aditio; Tum ex dicta ratione non de facili præsumendi repudiationem, vel non curationem lucri, & utilitatis exindè resultantis; Tum etiam ex communī usu, per quem, prædefuncta muliere, dos penes virum tanquam patrem nomine filiorum matris hæredum continuare solet; Accidit quia, quo magis ille, cui delata est hæreditas, ex alieno gravatus erat, atque debitis implicitus obiit, eo magis præsumptio est inducta aditionis, ob utilitatem ejusdem defuncti anima resultantem, ne ita, ob ex alienum non solutum ea gravata remaneat; Quicquid enim sit de quæstione, an debitor possit, necne tutâ conscientia, & citrè peccati labem repudiare, seu nolle agnoscere hæreditates, seu fideicommissa, vel legata sibi delata in previduum creditorum, super quo habentur *DD.* hinc inde collecti apud *Gratian. discept. 271. num. 26. Capyc. Latr.* & *Adden. decis. 8. Prat. obser. 15.* & 16 & *sub tit. de credito disc. 137.* & 138. Cum in dubio tenenda sit opinio tutoris pro anima, facilius intret præsumptio aditionis, ac etiam, quia in concurso contendentis de causa onerosa contra foventem causam lucrativam, de facili pro illo contra istum respondentum videtur.

Clarius autem, ac de plano, ubi aliqua etiam levia, concurrant auctoritata, ejusdem filii animum indicantia, adeòt aditio non omnino deducatur ex sola retentione dotium per patrem facta, ut erat in pri-

DISC. XIV.

in praesenti causa, in qua docebatur de inhibitione
dotali per eumdem Dominicum tanquam heredem
matris obtenta adversus patris creditores doti po-
steriores; Licet enim dicta inhibito, per ipsum à
Curia absentem, juxta morem, obtenta esset per
quemdam caudiculum, de cuius mandato explicito
non constabat; Nihilominus efficax presumptio e-
rat, ut id gestum est ad instantiam ipsius Dominicis,
cujus intererat in possessione bonorum paternorum
ex hoc jure adivitius creditores sibi tueri; Con-
currente etiam mandati presumptione resultante
ab impensa, quam pro hujusmodi inhibitione obti-
nenda facere oportuit; Atque in dicta Romana cen-
sus, de qua sub titulo de Credito concurrebat cir-
cumstantia, quod idem filius, cui materna heredi-
tas delata erat, evaserat heres patris postmodum de-
functi, qui erat dotis debitor in pecunia, ideoque
idemmet filius effectus erat debitor sui ipsius, &
consequenter nullus actus positivus desiderandus
erat; & de filio continuante possessionem bonorum
dotalium maternorum post mortem patris, ut ita
dicta aditio clarus inducta, seu confirmata rema-
neat, habetur in d. Interamnen, usus fructus coram
Curia decisi. 329, p. 10. rec.

AVENIONEN.
LEGATI.

PRO

ISABELLA PALUZ,
CUM

CATHARINA SORORE.

Casus disputatus in Congregatione Avenionen.
credo, sopus per concordiam.An in aditione hereditatis facta judicialiter,
adhiberi debeant solemnitates statutaræ requisitaæ in actibus gerendis per
minores, & mulieres; Et quando actus
dicatur judicialis ad hunc effectum.De inventarii invaliditate ex defectu sole-
nitatum; Et an adversus hujusmodi nul-
litatem, mulieri, vel minori, seu alieri
competat restitutio in integrum, &
quando.

SUMMARIUM.

- 1 F Alti series.
- 2 Data nullitate aditionis ad quid tenetur ille,
qui adivit.
- 3 Statuta probentia contractus, & obligationes ca-
piunt aditionem hereditatis.
- 4 De eodem.
- 5 Quid de aditione facta cum auctoritate Iudicis.
- 6 Solemnitates statutaræ non requiruntur in judi-
cialibus.
- 7 Quando dicatur actus judicialis.
- 8 Quomodo ista materia intelligenda sit.
- 9 De restitutio in integrum competente mulieris-
bus, & alias privilegiatis.
- 10 Quid de restitutio competentie etiam viris majo-
ribus.
- 11 Deferrendum est usui circa solemnitates.
- 12 Inventarium quoad non citatos habetur pro in-
fecto.
- 13 Quomodo dicta materia restitutio in integrum
debeat regulari.

Card. de Luca P. II. de Hered.

Cum istarum sororum pater, servata odi-
bili inqualitate, Catharinam natu mi-
norem heredem universalem instituerit,
Isabellam vero heredem particulariem
scriperit in legato seutorum mille, quo-
rum promptam solutionem in pecunia heres quo-
que denegabat sub praetextu insufficientia virum
hereditiarum; Hinc proinde, acerrima, rabiosa-
quis in partibus longo tempore agitata fuit super
inventarii nullitate, deducta; Tum ex defectu so-
lemnitatuum; Tum fortius ex dolosis occultationi-
bus bonorum; Et delata causa ad Curiam coram
Legato Avenionen, (qui Papæ nepos esse solet) e-
jusque Congregatione Avenionensi, nuncupata,
post plures disputationes, (me non scribente in
causa) habitas super defectu inventarii, illud per
plures resolutiones minus legitimum declaratum
fuit; Quare Catharina heredis defensores ad no-
vum convolaverunt motivum nullitatis aditionis ob
non adhibitas solemnitates ab eo Statuto, in con-
tractibus aliisque actibus præjudicibus mulierum
& minorum requisitas, quodque in omnem even-
tum ubietiam actus esset validus, mulieri tunc mi-
norii adversus omittas solemnitates concedenda es-
set restitutio in integrum, atque super hoc novo
motivo, aliis Isabellæ Advocatis adjunctus fui ad
scribendum, sed post unicam scripturam, credo
quod causa per concordiam finem habuerit, dum
amplius actum non audiri.

Duo igitur erant puncti distincti; Primo scilicet
invaliditatis actus aditionis ob non servatam formam
à Statuto præscriptam. Dictaque nullitate posita ces-
tabat omnis qualitas super invaliditate inventarii,
dum ita causa reducebatur ad non causam, dictaque
mulier censenda erat non heres ab initio, obligata
solum actione de dolo, vel de in rem verso, restitu-
re id, quod haberet in maiis, vel in ejus utilitate
verius esset iuxta ea, qua generaliter habemus
in minore invalidè contrahente; Et secundò qua-
tenus dicta nullitas non substerret, an adversus o-
missas solemnitates, beneque non confectum in-
ventarium, beneficio restitutionis in integrum ei
subveniendum esset.

Quatenus igitur pertinet ad primum, Scribentes
pro rea converta allegante nullitatem, deducebant
conclusionem, de qua dicta seq. ibique insinuatas de-
cisiones & alias, ad probandum, quod Statuta prohibi-
tentia minoribus, & mulieribus, contractus, alios
que actus facere sine certis solemnitatibus, com-
prehendant etiam aditionem hereditatis; Idque ve-
rum quamvis ea fieret cum inventario legitimè con-
fecto, per quod cuiuscumque præjudicium præser-
vatio inducit, quoniam ipsum onus administrandi
hereditatem, ac reddendi rationes, causare dicitur
incommode, & præjudicium, ideoque ille, quem
lex municipalis imperfeci, judicii declaravit, quod
que propterea alieno indiget auxilio, debeat istud
adhibere, ut apud Gregor. & Add. decisione 181.

Et quamvis Ego scribens in contrarium, more
Advocati, deducrem eadem, quæ in proposito Agi-
dianæ, vel Carpensis insinuantur eadem discut pre-
cedenti, quod scilicet cum Statutum loquatur de
contractibus & distractibus, trahendum non sit ad
istum actum, quasi quod, in contractibus, vel di-
stractibus, qui positivè cum altero fiant, verificari
valeat ratio fraudis, vel circumventionis, cui statu-
taria dispositio innixa est; Secus autem in illo actu,
qui geri dicitur sponte sua absque alterius contra-
hentis interventu; Attamen in foro contrarium
hodie receptum videtur præsumti in Curia;

C 2

Et

De LUCA
De
stamentis
et ceteris
GVT
g